

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959

Prouocatio ad mundi contemptum, ex ex[sic!] eo quod ipse Christus verus homo, & verus Deus perfectus, in propria persona, hoc ipsum consuluit.

14.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](#)

324 D. DIONYS. CARTH.

humanam desideres: sed spūales vir-
tutū diuitias cupias, diuinum honorē
& gloriamque quoque cœlestem toto
cordis affectu requiras. Et verè ditissi-
mus eris præ omnibus mundū aman-

Hieron. tibus. Ideo dicit Hieronymus: Sole re-
verè diuitiae ræ diuitiae sunt, quæ nos virtutibus di-
quæ sint.

uites reddunt, Si ergo diues esse cupi-
veras virtutum diuitias ama. Si culmine
honoris quæris, ad cœleste regnum se-
stina. Si gloriam dignitatis desideras,
in supernam angelorum curiam ascen-
bi labora. Hoc est sane quod dicit Gre-

gorius: Contemne diuitias, & locu-
ples eris, contemne honores, & eris
gloriosus, despice temporalem quietem,
& habebis æternam. Facile con-
temnit omnia propter Deum, qui ad
sui ipsius peruenit contemptum. Qui
hæc fecerit, dicere poterit cum diuino
Apostolo. Omnia detrimentum feci,
ut Christum lucrifaciam,

Prouocatio ad mundi contemptum,
ex eo quod ipse met Christus verus
homo & Deus perfectus, in
propria persona hoc
ipsum consul-
uit.

Philip. 3.

Arti-

Articulus. X I I I .

Ens absque consilio est, & *Deut. 23.*
sine prudentia. Vtinam sa-
perent & intelligerent, ac
nouissima prouiderent. lu-
xta Philosophum, addiscentem opor. *Philosa.*
tet credere. Et *Esaia* testante. Si non *Esa. 7.*
crediderimus, non intelligemus. Ideo
autem Salo. dicit: Fili mi audi disci- *Prover. 1.*
plinam patris tui. Et iterum ait scrip-
tura, Cum videris sensatum statim
euigila ad illum. Et item, Non te præ- *Eccle. 6. 8.*
tereat narratio seniorū, sta & ex corde
cōiungere sermonibus sapientum. Si
ergo sapientibus viris est præbendus
auditus, si eorū verbis credendum est,
& acquiescendum eorum consilijs,
nonne incomparabiliter plus crede-
re, consentire, & acquiescere congruit
soli sapienti Deo, qui est ipsa in se sub-
sistens, idealis, separata, æterna sapiē-
tia? Quoniam ipsem ergo Deus ve-
rus, Dei patris vnicus filius propter
nimiam suam charitatem qua dilexit
nos, descendit in mundum, nostram
naturam hypostaticè seu suppositali-
ter assumendo, hominibus visibiliter

o 7. *apparendo,*

326 D. DIONYS. CARTH.

apparendo , cum eis conuersando, vescendo loquendo, congruentissimum est ut eius consilia diligentissime audiamus, eisque (si res ipsa permittit) acquiescamus. Porro Christus (ut constat ex dictis) mundi contempnum multipliciter & affatim consuluit, præmia pollicendo , subsidium promittendo , seipsum exemplum praebendo. Quod & sancti apostoli & euangelistæ clarissime docuerunt. Eius ergo consilio acquiesce , præstet cum sit ipsa via & veritas, qui optime nouit viæ nostræ discrimina, & quid nobis magis expeditat. Cum summe nos diligat, pro quoru[m] salute dignatus est mori, certissimum est q[uod] fidelissima eius sint consilia. Efficere ergo eius discipulus, eius saluberrimam in omnibus assequendo doctrinā: ut tanto beatius atq[ue] iucundius videas eum in patria , quanto nunc plenius credis, & acquiescis ei in via. Deniq[ue] si angelus de cœlo descendens tibi visibiliter appareret ac diceret, Eccè dei voluntas seu consilium est , ut mundum contemnas, & ordinem intres, nonne mox acquiesceres? Nūc autem non angelus, non legatus; sed ipsem et Deus deorū,

creator

Ioan. 15.

H,
san-
tis-
atis-
per-
stus
np-
ful-
um
um
oli
nt,
er-
pp-
&
n-
g-
e-
go
in
co
n,
s,
-
r,
-
x,
-
DE ARCTA VIA SAL. 327

ceator angelorum, Dominus vniuersorum aduenit: tibi quoque consilium dedit de mudi contemptu, perfectio- nisque statu. Quod namq; adolescen- ti illi diuini, qui ab exordio iuuen- tutis suæ omnia mandata decalogi custodiuit, consulēdo dixit saluator: Vnū tibi deest. Si vis perfectus esse, va- de & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veniens sequere me, & habebis thesaurum in cœlo . Hoc idem consulit tibi, qui forte mandata diuina ab initio iuuentutis tuæ non obseruasti in omnibus. Foritan di- ces. Nunquid omnes possunt religio- nem intrare, aut mundum omnino relinquere ? Stulta est ista obiectio, conueniens stultis, & mundanis, & vitiosis hominiis. De quibus Salomo loquitur, Stultorū infinitus est nume- rus, Sancti quoque doctores tali obie- ctioni plenissime responderunt, quo- niam aliter iudicandum est de eo q; requiritur ad conseruationē indiu- diui, & de eo quod requiritur ad con- seruationem speciei. Manere autē in seculo & generare, terrāq; colere, nō ad indiuidui, sed speciei conserua- tionem exigitur. Ideo non oportet vt yausquis-

Matth. 19.

Eccl. 1.

328 D. DIONYS. CARTH.

vnuſquisque id faciat, nec excusare
debet quispiam à perfectionis statu
aggrediendo, dummodo aliter ido-
neus fuerit. Porro si tu religionem in-
traueris, nunquid ob hoc mundus de-
ſicit? Nunquid propter te derelin-
quetur terra, aut transferentur rupes
de loco suo? Sapientissimi ergo con-
ſiliarij, qui est magni conſilij angelus,
ac quiesce conſilijs, ut teipſum ab in-
finitis periculis excutere possis, viam
que compendiosiorem, tutiorem, &
tranquillorēm, ac magis meritoriam
ambulare, donec gaudium Domini
Dei tui merearis intrare.

*De mundi contemptu, exemplo
christi. Articul. XV.*

Ioan. 8.

Bernar.

Lucutus est Iesus, Ego sum lux
mundi. Qui sequitur me, non
ambulat in tenebris, sed habebit
lumen vitæ. Quemadmodum Leo
papa scitissime aſſerit. Tota victoria
ſaluatoris qua & diabolum superauit
& mundum, humilitate est concepta,
humilitate confecta. Christus insuper
ſicut ait Bernardus, in omnibus ide-
legit